ſententiae praeter ceteros plurimos aſſentitur celebris, apprimeque doctus *Jurieu,** qui Chamum ſub Melchizedeci nomine latere ſpecioſe oſtenſurus, aſſerit: *Après ces remarques il ne nous reſte plus, qu' à dire, que ce Melchiſedec, qui habitoit dans la terre de Canaan, et oit* le 3me *des enfens de Noé, et le Patriarche de Cananéens.*

§. VI.

Denique in ſpem erigimur optimam, haec omnium pleniſſime, re ad calculos uocata, confirmandi, quo ſcrupulus, qui multos pungat, ex animis euellatur. Atque idem eo lubentius Lectori beneuolo, hac, quam coram cernit, tabula, intuendum exhibemus, cum fundamenti rationes, quas annorum temporumque ſeries moderatur, multo exploratiſſimas habeamus.

A.M.	Ante N.C.				
1	5947	Adam	Gen.	I,	27.
130	3818	Seth	Gen.	V,	3.
235	3213	Enos	-	V,	6.
325	3623	Cenaan	-	-	9.
395	3553	Mahaleel	-	-	12.
460	3488	Jared	-	-	15.
622	3326	Henoch	-	-	18.
687	3261	Mathuſalah	-	-	21.
874	3074	Lamech	-	-	25.
1056	2892	Noach	-	-	28.
1556	2392	Japhet	-	-	31.
1558	2390	Sem	Gen.	X.	21.

Plura adiiceremus, quae ad praeſens inſtitutum pertinere uiderentur, niſi chartarum ſpatio, quod ordo ſapientiſſimus conſtiutum eſſe uoluit, arceremur. Forſan autem acceptam plura diſſerendi occaſionem dies ille offeret, quo in arenam deſcenſuri, conſueto diſputandi certamine defungemur.

---

ri et abſoluto (i.e. non ſequente מִן*) de aetate uſurpata, ſemper inferat natu minimum. Loca potiora haec ſunt: Gen. XXVII, 15. 42. XXIX, 16. XLII, 13. 15. XLIV, 12. 20. XLIIX, 14. 1. Sam. XIV, 49. XVI, 11. XVII, 14. Jud. XV, 2. 1. Paral. XXIV, 31. 2. Paral. XXII, 1. etc. in Dub. Vex. Cent. I. Loc. XX. p. 58.*

** Dans l'Hiſtoire Critique P. I. Chap. X. p. 72.*

(o)

Coll. diss. A. 115, misc. 38

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn326886893/16
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft